



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De æqualitate: & quòd eodem gradu apud Deum omnes sint. cap. lxvi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

A De aequalitate: & quod eodem gradu apud Deum omnes sint.

CAP. LXVI.

VSILLVM & magnum ipse fecit: & aequaliter est ei cura de omnibus. Sap. 6.

Non est personarum acceptio apud Deum, quemadmodum literis sacris proditum est: Verum siue quis magnus sit & arrogans, atque & opibus & mundana gloria in altum euectus, in gloriam tamen ac praemiorum expertem sententiam feret, si vitis atque criminibus obstrictus teneatur: siue quis parvus sit, atque & in inopia & in nominis obscuritate vitam degat, immunditie damnabitur, nisi virtutis dotibus floreat.

B

De iudiciis Dei: & quod molestè ferre non oporteat, si iusti calamitatibus conflentur, iniusti autem prospera omnia habeant.

CAP. LXVII.

DIXIT Dominus ad Iob, Nunquid irritum facies iudicium Iob. 40. meum? aut putas me aliter tibi oraculum edidisse, quam vt iustus appareas? Quare impij viuunt, subleuati sunt, confortati- 21. que diuitiis? Semen eorum permanet coram eis, propinquorum turba, & nepotum in conspectu eorum. Domus eorum omnibus copiis abundant, & pacatae sunt: & non est virga Dei super illos. Manent autem tanquam oues aeternae. Egrediuntur quasi greges paruuli eorum, & infantes eorum exultant lusibus. Tenent tympanum, & citharam, & gaudent ad sonitum organi. Traducunt in bonis dies suos.

Iustitia tua sicut montes Dei: iudicia tua abyssus multa. Noli amulari in eo Ps. 35. 36. qui prosperatur in via sua, in homine faciente iniustitias. Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani. Et transiui, & ecce non erat. Penè effusi sunt gressus mei: quia zelau super iniquos, pacem peccatorum videns. Ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo obtinuerunt diuitias, &c: Deus iudex 72. est. Hunc humiliat, & hunc exaltat. 74.

D Ne zelotypia flagret cor tuum in peccatores: sed in timore Dei esto tota die. Theaurizantur iustis diuitiae peccatorum.

Et erunt sicut puluis tenuis à rota diuitiae Gentium, & sicut fauilla pertransiens, & vt punctum. Et sicut somniat esuriens & comedit, cum autem fuerit ex- Es. 29. pergefactus, lassus adhuc sitit, & anima eius adhuc vacua est: sic erit expectatio omnium Gentium.

Iustus quidem tu es Domine, si disputem tecum: veruntamen iusta loquar ad te. Quare via impiorum prosperatur: bene est omnibus qui prauaricantur, & iniquè agunt? Plantasti eos, & radicem miserunt: proficiunt & faciunt fructum. Prope es tu ori eorum, & longè à renibus eorum. Hier. 12.

Non zeles gloriam peccatoris.

E Per quae poenas passi sunt inimici illorum, per haec cum abundarent filij Is- Ecdi. 9. rael, latati sunt. Sap. 11.

Similiter & Rebecca ex vno concubitu habens Isaac patris nostri, cum non- Rom. 9. dum nati essent, nec quicquam boni aut mali egissent, dictum est ei, Quia maior seruiet minori, sicut scriptum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Quid igitur dicemus? Nunquid iniquitas apud Deum? Absit. Moyfi enim dicit, Miserebor cuius miserebor, & misericordiam prestabo cui miserebor. Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei. Dicit enim Scriptura Pharaoni: Quia in hoc ipsum excitaui te, vt ostendam in te virtutem meam, & vt annuncietur nomen meum in vniuersa terra. Ergo cuius vult, miseretur: & quem vult, indurat. Dicis itaque mihi, Quid adhuc quaeritur? Voluntati enim eius quis resistit? O

R. ij